# SEPTEMBER 27, STS. COSMAS & DAMIAN, MARTYRS

Errors? help@extraordinaryform.org

**INTROIT Ecclus. 44:15,14**

Sapiéntiam sanctórum narrent pópuli, et laudes eórum núntiet Ecclésia: nómina autem eórum vivent in sǽculum sǽculi. (Ecclus 44: 32, 1) Exsultáte, justi in Dómino: rectos decet collaudátio. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípio, et nunc, et semper, et in sǽcula sæculórum. Amen. Sapiéntiam sanctórum narrent pópuli, et laudes eórum núntiet Ecclésia: nómina autem eórum vivent in sǽculum sǽculi.

Let the people show forth the wisdom of the Saints, and the Church declare their praise: and their names shall live unto generation and generation. (Ecclus 44: 32, 1) Rejoice in the Lord, O ye just: praise becometh the upright. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. Let the people show forth the wisdom of the Saints, and the Church declare their praise: and their names shall live unto generation and generation.

**COLLECT**

Præsta, quǽsumus, omnípotens Deus: ut, qui sanctórum Mártyrum tuórum Cosmæ et Damiáni natalítia cólimus, a cunctis malis imminéntibus, eórum intercessiónibus, liberémur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sæculórum.

Grant, we beseech Thee, O almighty God, that we who celebrate the feast day of Thy holy martyrs, Cosmas and Damian, by their intercession may be delivered. from all dangers that threaten us. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

**LESSON Wis. 5:16-20**

Justi autem in perpétuum vivent, et apud Dóminum est merces eórum, et cogitátio illórum apud Altíssimum. Ídeo accípient regnum decóris, et diadéma speciéi de manu Dómini: quóniam déxtera sua teget eos, et bráchio sancto suo deféndet illos, Accípiet armatúram zelus illius, et armábit creatúram ad ultiónem inimicórum. Índuet pro thoráce justítiam, et accípiet pro gálea judícium certum. Sumet scutum inexpugnábile, æquitátem.

But the just shall live for evermore: and their reward is with the Lord, and the care of them with the most High. Therefore shall they receive a kingdom of glory, and a crown of beauty at the hand of the Lord: for with his right hand he will cover them, and with his holy arm he will defend them. And his zeal will take armor, and he will arm the creature for the revenge of his enemies. He will put on justice as a breastplate, and will take true judgment instead of a helmet. He will take equity for an invincible shield.

**GRADUALPs. 33: 18-19**

Clamavérunt justi, et Dóminus exaudívit eos: et ex ómnibus tribulatiónibus eórum liberávit eos. Juxta est Dóminus his, qui tribuláto sunt corde: et húmiles spíritu salvabit.

The just cried, and the Lord heard them: and delivered them out of all their troubles. The Lord is nigh unto those who are troubled in heart, and the humble in spirit shall be saved.

**LESSER ALLELUIA**

Allelúja, allelúja.. Hæc est vera fratérnitas, quæ vicit mundi crímina: Christum secuta est, ínclita tenens regna coeléstia. Allelúja.

Alleluia, alleluia. This is the true brotherhood that overcometh the wickedness of the world; it hath followed Christ, holding fast to the glorious heavenly kingdom. Alleluia.

**GOSPEL Luke 6: 17-23**

In illo témpore: Descéndens Jesus de monte, stetit in loco campéstri, et turba discipulórum ejus, et multitúdo copiósa plebis ab omni Judǽa, et Jerúsalem, et marítima, et Tyri, et Sidónis, qui vénerant, ut audírení eum et sanaréntur a languóribus suis. Et, qui vexabántur a spirítibus immúndis, curabántur. Et omnis turba quærébat eum tangere: quia virtus de illo exíbat, et sanábat omnes. Et ipse, elevátis óculis in discípulos suos, dicebat: Beáti, páuperes: quia vestrum est regnum Dei. Beáti, qui nunc esurítis: quia saturabímini. Beáti, qui nunc fletis: quia ridébitis. Beáti eritis, cum vos óderint hómines, et cum separáverint vos et exprobráverini, et ejécerint nomen vestrum tamquam malum, propter Fílium hóminis. Gaudéte in illa die et exsultáte: ecce enim, merces vestra multa est in cælo.

At that time, Jesus coming down from the mountain stood in a plain place, and the company of His disciples, and a very great multitude of people from all Judea and Jerusalem, and the seacoast both of Tyre and Sidon, who were come to hear Him, and to be healed of their diseases. And they that were troubled with unclean spirits were cured. And all the multitude sought to touch Him, for virtue went out from Him, and healed all. And He, lifting up his eyes on His disciples, said, Blessed are ye poor, for yours is the kingdom of God. Blessed are ye that hunger now, for you shall be filled. Blessed are ye that weep now, for you shall laugh. Blessed shall you be when men shall hate you, and when they shall separate you, and shall reproach you, and cast out your name as evil; for the Son of man's sake: be glad in that day and rejoice, for behold, your reward is great in heaven.

**OFFERTORY Ps. 5: 12-13**

Exsultábunt Sancti in glória, lætabúntur in cubílibus suis: exaltatiónes Dei in fáucibus eórum, allelúja.

The saints shall rejoice in glory, they shall be joyful in their beds: the high praises of God shall be in their mouths, alleluia.

**SECRET**

Sanctórum tuórum nobis, Dómine, pia non desit orátio: quæ et múnera nostra concíliet, et tuam nobis indulgéntiam semper obtíneat. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sæculórum.

May the loving prayers of Thy saints not be wanting to us, O Lord, to win us Thy gifts and ever to obtain us Thy pardon. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

**COMMUNION Ps. 78: 2-11**

Posuérunt mortália servórum tuórum, Dómine, escas volatilíbus coeli, carnes Sanctórum tuórum béstiis terræ: secúndum magnitúdinem bráchii tui pósside fílios morte punitórum.

They have given the dead bodies of Thy servants, O Lord, to be meat for the fowls of the air, the flesh of Thy saints to the beasts of the earth: according to the greatness of Thy arm take possession of the children of them that have been punished by death.

**POSTCOMMUNION**

Prótegat, quǽsumus, Dómine, pópulum tuum et participátio coeléstis indúlta convívii, et deprecátio colláta Sanctórum. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sæculórum.

May Thy people, we beseech Thee, O Lord, be protected by the privilege of participation in the heavenly banquet and by the prayer of the saints made in their behalf. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.